UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jte[m] de capellanis regalibus ep[isco]palib[us] et p[rae]posito[rum]. et qui no[n] d[...] esse huiusmodi capellani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30901

Visual Library

ordinez ſacerdotalez recipiāt. ſi ordinē
forte in nr̄a dioceſi a nobis vel aliquo
alio epiſcopo cōtingat noſtro nomine
celebrari. nec aliquis decanus propria
auctoritate vel potius volūtate ꝑreſu/
mat ordinis ſacerdotalis receptionem
protrahere vel differre. niſi ſpēaliter h̄
a noſtra licētia valeat obtinere. ¶ Itē
precipimus ꝙ ipſi decani poſtꝗ̄ ordinez
ſacerdotalem receperint et generaliter
omnes ſacerdotes necnon eccleſiarum
plebani. tam ciuitatēſes pariter ꝗ̄ ru/
rēſes. ſurcotia clauſa portēt. cum ſicut
ab alijs ſunt in ſtatu honoris et reuerē/
tie differētes. ita decet ꝙ ab illorū habi/
tu vel veſtitu differētes appareāt. ⁊ nul
lū in eis exēplo ⁊ vſu veſtiū ſignū appa
reat leuitatis. Et ſicut eccleſiarū deca/
nis modo predicto iniūgimus facē que
ad ipſos pertinēt faciēda in ſe ipſis parit̄
et ſuorū regiminē ſubditorūz. ita ſchola/
ſticis eccleſiarūz. necnō chori epiſcopis
ſeu cantoribus quorum officia onus ſu
um tam circa diſciplinā ꝗ̄ chori debitū
atꝗ̄ reſidētiam in ipſis eccleſijs facien/
dam habere noſcuntur. iniūgimus vt
in his ōnibus ſtudeant ita ſe habere. ꝙ
inde nō ſint reprehenſibiles. ſed potius
commendādi. ¶ Item ſicut decani in
eccleſijs reſidere debere noſcuntur. ita
quoꝗ̄ ſcolaſtici et cātores. vn̄ ⁊ hoc eis
ita precipimus obſeruare. ¶ Itē nemo
ſit ſcholaſticus in duabus eccleſijs. qrū
prepoſiti et decani pores Colon̄. exiſtūt
cum de neceſſitate deinde cauſetur in/
conueniens. vt illarū eccleſiarum ad mi/
nus altera ſui defectūz debiti in mēbro
ita neceſſario. cuius quidē nō eſt leuis
recupatio patiat̄. ¶ Item et illam ab/
uſionē in aliqua eccleſiarū cōpertam ꝙ
decanus ſit liber a choro. quaſi corrup/
telam et quaſi peſſime adinuētionis ac
fraudis modū vel ſpeciem deteſtamur.
⁊ deteſtādo precipimus ne quis de ce/
tero decanorūz in ſua preſumat eccleſia
per abuſionē huiuſmodi a ſui iugo one
ris vacillare. ¶ Itē ne canonici eccleſi
arū in ſolennitatibus et ſtationibus ſi/
ne chorali pellicio vel veſte camiſiali
ſub ſuperpellicio incedant in eccleſijs
cōuentualibus et in choro. ¶ Itē pre/
cipimus vt ſi quādo canōici per vicos
ciuitatis aut plateas incedāt. ita decen
ter in habitu veſtimētorū incedāt. ſicut
ab antiqua eſt cōſuetudine obſeruatū.

De capellanis regalibus epiſcopali/
bus et prepoſitorū et qui nō poſſūt eſſe
huiuſmodi capellani.

Cum in aliquibus eccleſijs ca/
pellani regales. epiſcopales. ac
etiam capellani prepoſitorū ex/
iſtāt qualiter hi ſe habere debeāt. cū nō
nullos forte ipoꝝ hoc lateat determinā
dūz neceſſario hoc duximus in p̄nti no
ſtrorū ſerie ſtatutorū. Capellani huiuſ/
modi reſidētiam in ſuis eccleſijs tanꝗ̄
alij fratres facient. niſi illo tm̄ tempore
quādo agūt ſuorū negocia dominorū et
etiam ſi negocia eccleſie hoc expoſcant.
Et nobis in eccleſia maiori. vel alia nr̄e
ciuitatis vel dioceſ eccleſia ſi ſūt ea vi/
ce p̄ntes celebrātibus. ibi debēt adeſſe
in diuini celebratiōe officij. ⁊ aſtare Et
dn̄t hmōi capellani in ſacris eſſe ordini
bꝰ cōſtituti. Sup hmōi capellanos epa/
les erit nr̄ capellariꝰ q̄ſi loco iudicis et
mgr̄i ¶ Ad hec p̄cipimꝰ ꝙ nulli decani
nulli ſcholaſtici. nulli chorep̄i vel cāto
res nulli ſacerdotes eccleſiarū. capella/
ni ep̄ales vllatenꝰ. aut regales exiſtāt.

De piſtrinis eccleſiarum

Cum vero ſint q̄dā eccleſie carē
tes piſtrino cōi. qḋ multū vtiꝗ̄
reprobamꝰ. ſup hoc ita p̄cipimus ꝙ in
omnibus eccleſijs collegiatis habeat̄
cōmune piſtrinūz et panis ibi p̄benda/
dalis diſtribuatur. potius ꝗ̄ vnuſquiſ/
ꝗ̄ cum modio ſiue maldro annonam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN